



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCCCXCII. Rathsherren von Lübeck bezeugen, daß der Hochmeister des
Deutschen Ordens dem König Woldemar von Dänemark wegen des
Landes Reval noch 1000 Mark Silbers habe zahlen lassen, am 22. Juni
1349.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

mannen. Were aver dat wy gefte bedorfen, dy fullen wy nemen na rate vnfer herren vnd besetzen mannen vnde der stede. Vnde fullen dy von Kopenick dy stad selber innemen, so dat kein gaff darin bliben fall. So sollen dy von Berlin besetzen dat nuwe Hus vor Middenwolde, dy von Spandow dy newe Molne vor botzow vnd dy von Franckenforde olden Landesberg: vnd were, dat sy der Vesten nicht rumen wolden, so sal man sy hindern vnd jnen nicht verkouffen. Dat wy alle disse vorgeschreuen stücke stede vnd gantz halden wyllen, an allerleye argelift, dat geuen wy jn disen brieff, vorsegelt mit vnserme Ingefegel, dy daran gehangen sint, der gegeben ist to olden Landesberg, do man zelet von godes gebort druttein hundred Jare vnde in dem negen vnd viertigstem Jare, an der heiligen Aposteln auende, also sy vorfandt wurden.

Abgedruckt in Hildebr. Beitr. IV, 34 und Klöben's Woldemar IV, 504 — an beiden Orten nach sehr fehlerhaften und lückenhaften Copien.

DCCCXCII. Rathsherrn von Lübeck bezeugen, daß der Hochmeister des Deutschen Ordens dem Könige Woldemar von Dänemark wegen des Landes Neval noch 1000 Mark Silbers habe zahlen lassen, am 22. Juli 1349.

Omnibus et singulis presencia visuris vel auditoris Bertramus de Heydeby, Thidemannus de Ghustrowe, Henricus Pape et Hermannus de Wickede, consules Lubicensis, salutem in domino. Presentium testimonio recognoscimus et constare volumus vniuersis, quod anno domini MCCCXLIX, ipso die beate Marie Magdalene, in nostra presentia honorabilis vir dominus Nicolaus Johannis, Canonicus Roskildensis, incliti principis ac domini, domini Woldemari, Regis Danorum Slauorumque capellanus, nomine et vice domini Regis, presentauit viro religioso Ade, commendatori de Wismaria, ordinis sancte Marie domus Theuthonicorum, ad vsus et vtilitatem totius ejusdem ordinis litteram quittatiuam, ejusdem domini Regis appendente sigillo sigillatam, super mille marcis puri argenti, pro qualibet marca puri argenti quinque florenos aureos cum dimidio computando, nec non litteras magnifici principis domini Cristoferi, Regis Danorum felicitis memorie, patris memorati domini Woldemari Regis, quas illustri principi domino Kanuto, Duci Hollandie, et suis veris heredibus presentauerat, jus et proprietatem, quibus ipsis Ducatum Estonie assignauerat, continentes, quibus quidem litteris presentatis idem frater Adam ex parte totius ordinis ejusdem persoluit memorato domino Nicolao mille marcas puri argenti, videlicet pro qualibet marca puri argenti quinque florenos aureos cum dimidio, sic quod idem dominus Nicolaus nomine pretacti domini Woldemari Regis de predictis mille marcis puri argenti pro sua voluntate sibi satisfactum fore asseruit tenuitque penitus se contentum. In quorum omnium euidentis testimonium nostra sigilla de voluntate, scitu et consensu vniuersorum consulum Lubicensium, qui nos de

communi consilio ad premissa miserunt, presentibus sunt appensa. Datum et actum Lübecke, anno et die quibus supra.

Nach einer Abschrift in der Dreger'schen handschriftlichen Urkunden-Sammlung.

DCCCXCIII. Pappst Clemens VI. befehlt dem Kaiser Karl mit den Söhnen des Kaiser Ludwig keinen Frieden zu schließen, bevor darüber näher berichtet und von Seiten des apostolischen Stuhls ein Beschluß gefaßt worden sey.

Clemens Episcopus, servus servorum Dei, karissimo in Cristo filio Karolo, Romanorum Imperatori semper Augusto et Bohemie Regi illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectum filium Johannem de Bohemia, Ordinis Praedicatorum, nuntium tuum, ad nostram praesentiam destinatum, et praesentatas nobis per eum literas excellentiae tuae, per quas super hiis, quae vertuntur, (ut tuis verbis utamur) inter te et filios dampnatae memoriae Ludewici de Bauaria, nec non super statu Almaniae, praedicti nuntii adhiberi fidem relatibus petiisti, contemplacione tua benigne recipimus, et quod ipse nobis super hiis pro parte tua prudenter exposuit et in scriptis etiam adhiberi curavit, in examen debita curationis adducimus, quod nihil speciale sed generalia tantum et succincte proposuit et redire ad te infra constitutum sibi a te, ut asseruit, brevem nimis et artum terminum festinabit. Nos quod nonnulli ex fratribus nostris propter pestem, quae, ut ad tuam credimus pervenisse notitiam, patriam hanc inaudita et incredibili clade vastavit, a curia secesserunt, nec adhuc redierunt ad illam, et quidam ex eis, qui adhuc in curia praefata remanserant, infirmitate gravantur, elicere vel deliberare nequimus, quid tibi super hujusmodi ejusdem nuntii tui ambasiata respondere possimus. Et ideo, ut tibi certitudinaliter respondeamus ad illa, significa nobis specificice et extense, quae et qualia sunt, quae inter te et praedictos ipsius Ludewici filios tractata sunt et tractantur, et quae et qualis nobis et ecclesiae Romanae pro tot injuriis, obprobriis et contumeliis, per eosdem patrem et filios Deo et eidem ecclesiae inrogatis, ut nosti, pro satisfactione condigna offeratur, ut nobis et eidem reconcilientur ecclesiae ac pacem tuam etiam mereantur, In quibus puritas tua, prout decet et expedit, mature procedat, ita quod eidem honorificentia debita deferatur ecclesiae et fama tua celebris confervetur; et consulte prospicias, utrum cum hostibus et persecutoribus ipsius ecclesiae, matris tuae, cum et tu persequi tenearis eosdem, eis in persecutionis et — — — — — pertinacia persistentibus, excellentiam tuam deceat concordiam habere vel pacem. Quocirca serenitatem tuam attente rogamus, tibi tui honoris intuitu nichillominus suadentes, quatenus donec idem Johannes vel alius nuntius tuus, quem ad nos mittere poteris, ad te cum plena et certa super hiis responsione nostra redierit, cum eisdem praefati Ludewici filiis de pace vel concordia cum ipsis habenda tractatum aliquem non consummes etc.

Nach Menden's Script. rer. German. III, S. 2028.